

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7534

Auteur(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1153-1163]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Même objet (dons et confirmation de donations, par Philippe de Harcourt au prieuré du Plessis-Grimoult), avec quelques additions.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Un grand bâtisseur : Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux (1142-1163)*, Paris, Naert, 1930, Pièces justificatives, n° VII, p. 141-142 (d'après le cartulaire).
- b. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 35, t. 1, p. 67-70 (d'après l'original).

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 2, p. 64, n° 35.

Dissertation critique

Datation proposée par H. Dupuy (DUPUY, Recueil des actes des évêques de Bayeux, t. 1, p. 67). Cf. « 1153, Bayeux » est proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Baiocensis episcopus, presentibus et futuris salutem, gratiam et benedictionem. Diligens antiquorum providentia prudenter solebat litterarum thesauris includere quod ad posterorun noticiam volebat pervenire. Hanc nos imitantes diligentiam scripto mandamus et sigilli nostri suppositione roboramus ea que canonicis regularibus de Plausitio donatasunt a nobis et antecessoribus nostris, sive a laicis fidelibus, ne possint aliquando aut temporis prolixitate aboleri aut improborum hominum vexatione turbari. Concessionones autem, que predictis regularibus canonicis donate sunt nostris et antecessorum nostrorum temporibus, in ecclesiis, decimis et terris, sive aliis possessionibus, hec sunt : Ex dono primi Ricardi, Baiocensis episcopi, ecclesia Sancti Stephani de Plausicio, consensu et petitione Sansonis sacerdotis, primi canonici et fundatoris supra dictorum canonicorum, cum decimis et appendiciis suis, cum decima foreste, et cum antiquo manso sacerdotis, et cum terris quas ipse sacerdos a supradicto Baiocensi episcopo in feodum tenebat, scilicet Saucetum, et Hamel, et Buisnon, et terram de Moncellis, que omnia ad supradictum sacerdotem jure pertinebant. Preterea, ipse Ricardus episcopus in dedicatione Sancti Stephani de Plausitio dedit eisdem canonicis regularibus tres burgenses in villa Plaussitii liberos et immunes ab omni consuetudine, et quatuor acras terre justa castrum, et viginti acras infra parrochiam, et terram de Cruce

Ameline, et terram Rogeri filii Dode, et terram Arnulfi Pretoris, et Petevini mansum. Etiam, ecclesia de Estoupefour cum decimis et appendiciis suis, cum capella de Fontanis, ecclesia de Rollos, ecclesia de Campo Andree cum decimis et appendiciis suis, ecclesia de Montecalveto cum pertinentiis suis. Hec autem omnia dedit et consensit (sic) supradictus episcopus canonicis regularibus in perpetuam elemosinam concessu canonicorum Baiocensium. Secundus Ricardus, Baiocensis episcopus, consensu et rogatu omnium canonicorum Baiocensis ecclesie, pro Dei amore et predecessoris sui salute et predecessorum suorum salute, dedit Campum Osberti antedictis canonicis immunem et liberum ab omni servitio regulari ad ecclesiam eorum illuc transferendam ut secretius ibi Deo deservire possent, et molendinum de Escuris, et terram Odonis Ferrarii et Guillermi de Felgereto, et Godefridum burgensem de Sancto Johanne, et unum mediatorem, et terram Rogeri filii Marie, ecclesiam de Brettevilla Rabel, et capellam de Cornu, et quidquid habent in ecclesia Sancti Vigoris de Maiseriis. Sed et ego Philippus, Baiocensis episcopus, dedi eisdem canonicis prebendam de Sancto Johanne le Blanc cum omnibus appendiciis suis, ecclesiam de Campellis cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Felgerolis, ecclesiam de Burleio cum decimis et appendiciis suis, preter hoc quod de eisdem ad prebendam pertinet. Ex dono Rogeri de Vetula, habent quinque virgas vinee apud Argentias, et decimam molendini de Lesheidun. Ex dono Guillermi Tanetin, viginti acras terre in Reinerii Maisnillo, et duas acras in Airan. Ex dono Radulphi Bigot, terram cujusdam vavassoris apud Malestree. Ex dono Radulphi dapiferi, terram Durandi de Rossavilla cum duabus acris prati. Ex dono Heltonis constabularii, terram suam de Plaussicio quam ipse et filii ejus dederunt canonicis regularibus in perpetuam elemosinam cum Graelendo filio suo. Sed et hoc concedo et sigilli mei suppositione confirmo quod homines prioris habeant potestatem emendi et vendendi in omni terra mea quecunque emere vel vendere voluerunt legitime absque consuetudine et theloneo nisi in corpore mercati et in corpore nundinarum. Preterea precipio et sub anathemate prohibeo ne justitia mea habeat potestatem mittendi manum super terram prioris vel super homines ipsius pro aliquo forifaculo ; sed si homines prioris in aliquo forifecerunt, prior teneat rectitudinem in dominica curia sua. Si quis autem spiritu dyabolico inflatus preceptum nostrum infringere presumpserit, vel redditus ecclesie invadendo, vel libertates minuendo, secundo ac tercio commonitus, nisi cum digna satisfactione de sua presumptione resipuerit, sit anathema maranatha.